Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Casus concientiae - Cod. Ettenheim-Münster 211

Bayer, Rochus

[S.l.], um 1660-1661

Quaestio 12ma

urn:nbn:de:bsz:31-118955

Visual Library

Quæstio 12ma.

De Ordine sive statu impeditivo Dirimente.

Ordines maiores seu sacri sine gravi metu valide suscepti dirimunt matrimonium subsequens iure ecclesiastico iuxta concilium Trid: sess: 24. Can: 9. Pichler l. 4. tit. 10. pr. n. 123. Dixi sine gravi metu nam is qui cum gravi metu ad ordines promovetur valide quidem accipit illos ordines sed non tenetur ad castitatem servandam quia vota gravi metu edita irritantur et annihilantur idem ita Phi: T. 10. pr. n. 124. neque etiam tenetur ad horas canonicas recitandas qui cum gravi metu ordinatus est, modo postea sponte et ultro non ratificet ordinationem suam quod faceret si ordines acceptos sponte exerceret Pichler n. 129 etc: Sic quoque putarem minoribus ordinibus annexam esse castitatem ad hanc tamen servandam non teneretur qui ille qui se non intendit facere votum sed igitur votum erat annexum ordini; ordini autem ipsa annexum non erat, et nullum est votum, neque ulla eius obligatio Phi: etc. n. 129. Sic etiam impuberes maioribus ordinibus postquam adoleverint non tenentur ad castitatem sed ducere uxorem possunt ratio est quia ad votum requiritur consensus assensus qui non adest in infante et consequenter et iure naturae quia ordines maiores non dirimunt matrimonium ratione castitatis annexæ eodem modo initiatus maioribus ordinibus ante pubertatem vel etiam alter ante 16 annum ætatis non tenetur ad castitatem servandam neque ad horas canonicas recitandas consequenter ipse matrimonium inire et quia recitatio horarum canonicarum est onus, quod ordines maiores sponte et in debita ætate suscepit et sicut professio in ordine religioso non valet si ante annum 16 ætatis emittatur iuxta concilium Trid: Sess: 25. C. 15. ita pari ratione nec votum solenne ordinibus annexum et ante eam ætatem emissum valere videtur ita Phi: T. 10. pr. Sanchez l. 7 D. 30. n. 8.

Quæritur an vir coniugatus possit aliquando licite accipere ordines maiores. R. posse. 1mo. quando uxor facere, divortium perpetuum quo ad thorum et habitationem cum sua coniuge. 2do. quando ordines sacros suscipit cum libero et legitimo consensu uxoris qui consensus tunc abesse censetur si ipsa uxor adhuc iuvenis religionem non ingrediatur aut si sit senex (id est vetula 50 teste Phil.) et vovet castitatem si autem talis maritus seu coniugatus accipiat sacros ordines absque licentia uxoris valide quidem eos ordines suscipit sit tamen irregularis ita ut non si susceptis ordinibus ministrare non possit nec ascendere ad superiorem ordinem accipiendum nec beneficium aut officium aliquod agere ita textus Extravagans Antiquæ devoto. C. 13. de ligamine impedimento dirimente.

Ligamen est seu vinculum quo vir tam alligatus coniugi legitimæ et valido contractu dirimit matrimonium cum alia igitur si prior uxor adhuc vivat esse duplici iure tali et ecclesiastico licet Trid: Sess. Canon 2. ratio, quia vir uxori debet integrum dominium corporis sui et contra quo ad corpus.